



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Parochorvm, Sive Institviones & Praxes Tum  
Vitæ, tum Officij Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

VI. Quibus neganda sepultura in loco sacro.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

*Quibus neganda sepultura iuxta Sacros  
Canones.*

PRIMÒ. Nemini concedes, qui Ba-  
ptismum vel fluminis, vel saltem  
sanguinis, re ipsâ non acceperit; ne-  
quidem infanti Christianorum mor-  
tuo absque Baptismo, nisi forte ad-  
huc esset in visceribus maternis, tunc  
enim censeretur adhuc quasi pars  
matris, ideoque cum illâ sepeliri pos-  
set.. Si dubitas de valore Baptismi,  
ob materiam, vel formam dubiam, vel  
an infans viueret, cum baptizaretur;  
remanente dubio sepeliri potest in fa-  
uorem Baptismi: alioqui sepulturâ  
non baptizati violatur locus sacer, ex-  
tractóque cadavere, si pars eius super-  
sit, reconciliandus est.

Secundò. Arcebîs Apostatas à Fi-  
de, Schismaticos, verè Hæreticos, eo-  
rûmque Fautores, si impenitentes  
mortui sint.

Ter,

Tertiò. Ratione excommunicationis maioris hæc obserua iuxta Canones: si mortuus est quicunque excommunicatus vitandus, vt sunt excommunicati nominatim, & percussores alicuius Clerici; quamuis dede-  
rit signa pœnitentiæ ante mortem, ne sepelias, nisi sit absolutus, vel absolu-  
natur ab excommunicatione ab eo, pe-  
nè quem ea est potestas; alioquin,  
violatur locus sacer, vt iam dictum  
est de non baptizatis. Quoad excom-  
municatos autem toleratos aliqui cen-  
sent, posse communicare cum aliis in  
loco sacri sepulturâ: Dubitarer ta-  
men aliquis; quia hoc facto videre-  
tur impensus illis fauor. Interdictos  
nominatim, aut in loco interdicto  
mortuos, et si pœnitentes mortui sint,  
ne sepelias; nisi similiter relaxatâ pœ-  
nâ per legitimum Superiorem.

Quartò. Causas sepelire mortuum  
in ipso duello, saltem si in loco occu-  
buerit; quantumuis signa pœniten-

248 *Institutionum Pastoralium*  
tiæ ediderit ; id enim prohibet spe-  
cialiter Tridentinum, in detestationem  
tam perniciosi criminis.

Quintò. Præter suprà dictos etiam  
excludes illos, qui ex desperatione, vel  
irâ voluntariâ sibi mortem intulerint  
nisi antequam exspirarent, pæniten-  
tiæ signa ediderint, aut nisi prudenter  
putentur fuisse alieni à mente. Idem  
age cùm iis, qui moriendo blasphemias  
voces emiserint: nisi similiter fe-  
cerint à mente alienati, aut per inad-  
uertentiam ; aut nisi pænituerint, an-  
tequam animam efflarent.

Sextò. Priuabis sepulturâ eos, de  
quibus publicè constat, intra annum  
non fuisse confessos, aut ad Pascha  
non communicâsse absque causâ pro-  
babili, aut nisi ante mortem pænitue-  
rint..

Denique generatim neminem ad-  
mittes, de quo publicè constet, mor-  
tuum in statu peccati mortalis. Quo-  
ties autem in particulari dubium erit  
crimen,

crimen, vel factum, ob quod Canones negant sepulturam, referes ad Episcopum; cum hæc res sit grauis.

Aduerte autem, eum, qui est sepultus, cum per Canones non posset, exhumandum esse, nisi maiora mala timeantur: de quâ re consulendus Episcopus, præsertim circa cadavera Hæreticorum; de quibus numero sequenti. Interim hîc obiter monendus es. 1. ne ignotos sepelias, priusquam probabilia indicia habeas vixisse Catholicos. 2. si quisunque mactatus iaceat, ne prius terræ mandes, quam Magistratus de factâ cæde fuerit conscientius; id enim postulat Ordo, & Ratio Iuris.

N V M: VII.

*Quid igitur agendum cum Hæreticis  
sepultis?*

PECULIARIS est hæc difficultas in his locis, & similibus, ubi promiscuè Hæretici cum Catholicis vi-

L S uere